



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

57 Verbum in praemiſſis, in fine positum est relativum comprehendens
omnia supra narrata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

eclesiastica, sive seculari, ut per Navar. 55. *dicto num. 68. vers. declaratio prima, & Sayr. d. cap. 17. in fin.*

52 Decimoquarto ¶ omnes, qui per se, vel per alios auctoritate propria, ac de facto quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas ab auditoribus, & commissarijs Apostolicis, alijsque iudicibus ecclesiasticis avocant, illarumque cursum impediunt; ac se ad illarum cognitionem, tanquam iudices interponunt.

53 ¶ Quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, ac faciunt ad revocandum, ac revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolvi per statutum, vel alias compelluntur, &c. Et quia Navar. hanc clausulam difficilem, & obscuram intactam absque aliqua expositione reliquit, ut inquit Vivald. in *Candel. Aur. super explanatione, ejusdem Bull. Cœn. Domini cas. 14. nu. 99.* Animadvertendum est, quod pluribus modis iudices ecclesiastici à laicis ad revocandas inhibitiones sententiasque, censuras, & pœnas compelli dicuntur.

54 Primò ¶ per statuta, edicta, vel decreta laicalia, ut in *Bull. Cœn. Domini nu. 14.* ibi per statuta vel alias compellunt. Et statuta hujusmodi sunt nulla de jure etiam Casateo *auth. cassa,* & ibi Bart. *C. de sacrosanct. Eccles. & de jure canonico* ut per Abb. in *cap. adversus num. 2. 7. & 11. de immunitat. Eccles.*

Facientes autem ¶ servare statuta, & consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem, nisi ea infra duos menses fecerint amoveri, sententiam excommunicationis incurrunt, ut *ca. noverint, de sentent. excom.* & non sufficit eorum cassatio, sed debent aboleri, & cancellari de volumine, ut per Bart. in *d. auth. cassa, in fin.* Felin. post alios in *cap. Ecclesia 3. Maria num. 109.* quem refert, & sequitur Card. Tolet. in *lib. 1. instr. sacerdot. cap. 37. vers. adverte autem,* & Bull. Cœn. Domini per se patet sub *num. 20. vers. declarantes,* ¶ ibi, ac quoad eos, qui contra eccles. libertatem, ut præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, prærogativas, & decreta hujusmodi publice revocaverint, & ex archivjs seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari; ac nos de revocatione hujusmodi etiam certiores fecerint: absolutiones eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per hujusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum quantocunque tempore continuata, in præmissis omnibus, & singulis quibuscunque juribus Sedis Apostolicæ, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ undecumque, & quandocumque quaesitis, & quaerendis, nullatenus præjudicare posse, ac debere.

57 ¶ Et illa verba, in præmissis omnibus, & singulis in fine Bullæ posita, sunt relativa, quæ comprehendunt omnia in Bulla narrata, quibus quovis modo præjudicari non potest, *l. esse toto,* & ibi

R r r 3. Bart.

Bart. ff. de hered. inst. Ruin. conf. 131. num. 1. vol. 2. & G. br. conf. 75. nu. 8. vol. 1.

58 Secundò, † iudices ecclesiasticos carcerando, vel quocumque quæsito colore arrestando, unde libertas ecclesiastica læditur, & deprimitur, cum hoc timore perterriti non audeant, quandoque iudices ecclesiasticam jurisdictionem liberè exercere, sed ipsa jurisdictione restringatur contra verba expressa Bullæ, ut num. 15.

59 Tertiò, † qui non tantùm iudices, seu Prælatos Ecclesiasticos carcerant, arrestant, vel alijs pœnis afficiunt, sed etiam, qui eadem de causa fratres, nepotes, aut alios consanguineos, vel affines Prælatorum, & iudicum ecclesiasticorum, eisdem, vel similibus pœnis etiam privationis honorum, dignitatum, & officiorum, aut exilij afficiunt. Quemadmodum Henricus Angliæ Rex, & Magistratus illius Sancti Thomæ Cantuariensis propinquos affecit, ut scripsit Ioannes Carnot. Episc. in marty. ejusdem Sancti Thomæ. Metus enim illatus consanguineis clericis, habetur pro illato ipsi clerico quo ad intimidandum clericum, cap. sciant cuncti de elect. in 6. Felyn. in cap. Ecclesia Sancta Maria, num. 99. vers. nemo unquam de constit. & meliù. in cap. litteras, nu. 20. vers. ex quo insert de præsumpt. & Bald. in quest. de schismat. num. 13. Quoniam injuria facta consanguineo, mihi facta videtur, gloss. in clem. 2. in verb. quomodolibet, de sentent. excommunic. Felyn. in cap. Petrus in princip. de homicidio, & Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi num. 18. ff. de nou. op. nunc. prout injuria facta fratri alijs fratribus facta videtur, Decian. respons. 34.

num. 60. volu. 4. & injuria facta uni de agnatione censetur facta omnibus l. lex Cornelia, & ibi Bart. in princip. ff. de injur. & Alexan. conf. 24. num. 19. lib. 2.

60 Nam † videmus, etiam animalia irrationalia timere percussiones, quæ ipsorum causa alijs inferuntur, siquidem in civitate Florentiæ præter alias extraneas feras, leones custodiuntur, qui licet omnium ferarum sint atrociores, mansuescunt tamen, ac domantur, dum coram se vident canem aliquem verberari, ut experientia docet. Idèd, qui in odium Prælatorum, seu iudicum Ecclesiasticorum, consanguineos, vel affines eorundem, aut aliorum clericorum carcerant, percutiunt, eorum bonis, gradibus, & dignitatibus spoliant, seu alias injustè persequantur & gravant, sunt ipso facto sententia excommunicationis innodati, dicto capit. sciant cuncti, & ibi gloss. in verb. consanguineos, de elect. in 6. clem. 2. junctâ gloss. in verb. quomodolibet, ubi etiam Abb. nu. 8. de sentent. excommunicat. cap. quoniam junctâ gloss. in verb. propinquorum, de immunit. Eccles. in 6. & cap. quicumque, ubi etiam gloss. quæ vertitur quoque familiares in verb. suorum consanguineorum, & familiarium, & ibi Dom. & Fran. de sentent. excomm. cod. lib. & Barb. in cap. licet, colum. 15. de probat. Talia enim committentes, & committi mandantes tacitè, & indirectè lædunt, & deprimunt, ac restringunt libertatem ecclesiasticam, quia non omnes, quemadmodum Sanctus Thomas Cantuariensis, qui non respexit carnem, & sanguinem, pericula propinquorum non curant; sed quamplures, ut temporalia consanguineorum, seu affinium